Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



anime nostre. Monasterio sancti Saluatoris mundi apud Bollingen redditus octo librarum veronensium parvulorum iusse proprietatis nostre in Haslach Vallis Eni apud Sciff contradidimus eo videlicet vt die noctique in honore iam dicti mundi saluatoris et omnium sanctorum ibidem reconditorum lumen ante Altare Apostolorum Medii Monasterii ardeat nisi idem locus quod auertat dominus premia terre vastitate antalia inopia hoc facere nequiverit aut lum in iam dicto predio a nobis uel a nostris successoribus sentiant grauamen aut lesionem Si autem sine aliqua necessitate lumen sepe dictum ardere cessauerit ad annum ad nos uel ad nostros succedat successores.

Statuimus etiam ad idem Monasterium pro remedio et memoria anime nostre redditus octo librarum Veronensium parvulorum de predio nostre proprietatis apud Ptusch ita videlicet vt quamdiu viuimus vnum talentum persoluamus post nostrum vero decessum supra dicta VIIIto talenta Ecclesie in Bollingen perpetuo tribuantur. dederunt eciam nobis Prepositus Guntherus cum consensu totius conuentus sui ibidem consortium fraternitatis. et cum nos ibidem elegerimus sepulturam; nostrum post obitum vbi decesserimus nos tenentur ad locum predicte sepulture. Adiecimus eciam hoc pactum vt pro iure advocali singulis annis ab utroque predio decem solidos parvulorum veronensium et non plus persoluantur nec habere debemus ibidem causam seu iure recipendi uel locandi colonos aut dislocandi per nos uel per aliquos nostros successores. Si igitur talis pactio per nos uel per alios aliquos violata fuerit per trinam restitutionis ammonicionem. cum omni iure advocali et ceteris ad ea predia pertinentibus cedat Monasterio sepe dicto sine aliqua nostra uel successorum nostrorum contradictione. Ne vero huic tam salubri nostro facto calumnia oriatur hinc tum presens sigillo monasterii sepius memorati in Bollingen et sigillo nobilis domini Bernhardi de Wilherim decreuimus communiri et testibus annotari. Quorum nomina sunt. Dominus Bertholdus decanus. Dominus Chunradus de Bisenberch. Dominus Wulfingus. Dominus Ruperius de Lutenwanch. Dominus Chunradus de Kusen. Hainricus de Porge. Kaffenerius de Pavl. Chunradus Wilholdeshouer. Chunradus de Wilherim. Sarquardus scriba judicis de povel et alii quam plures qui audierunt et viderunt. Acta sunt hec apud Bollingen Anno domini M° CC° L xiiii xv Kalendas Maji.

De Ulrico Milone ejusque familia, infra sermo redibit c. XIV. Hasalachium vicus est territorii Stamsensis. De hac vero curia vide infra ad c. XIX Ad. 53.

(subandi transferre.)

Sigillum alterum est omnino deperditum; alterum rotundum, altum, non tamen e cera, sed ex massa farinacea: in quo septum triangulum, a cujus angulo superiore dextero ad latus sinistrum partem inferiorem arcus crassus descendit. Quod proinde est insigne Nobilium de Wilherim. Vide ad c. XVIII Ad. 25.

Sorte vis.